praedictus Joannes Wesel eundem Gallum Fid. T. praesentaverit et eum in detentionem tunicam suscipiat et in omnibus sese iuxta hoc idem decretum nrum in Vim informationis nris latum conseruet Pro gratia nra officijq[ue] sui debito

Mandatum ad Crac.

Sigismundus etc.

Spectabilibus et Famatis Martio Orbankowicz tunc Proconsuli et Cons. Civitatis nrae Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam Spectabiles et Famati Fid. nobis dilecti In causa et actione quae Fid. Vis cum Nobili et Honoratis Valeriano Gutteter Sebestiano Przybytek et Stanislao Zackoski ratione cuiusdam detentionis et contumeliae eisdem illatae coram Judicio nro ex citatione literali nra intercedit deputavimus certos Comissarios nros Quare Fid. nris Mandamus ut postea quam ab eisdem per innotescentias lras vocata fuerint coram eis compareant causam praedictam attentent et quidquid in ea decreverint firmiter observent ad nos vero non nisi a sententia diffinitiva provocare praesumant Pro gratia etc.

Donatio bonor. profugi.

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quia nos habentes rationem servitiorum Nobilis Stephani Drazgoski qui ille nobis per integros annos quatuordecim in Cancellaria nra exhibit faciendum nobis esse existimavimus ut eidem bona omnia etc. Civis Gedanen. non ita pridem criminis cussionis falsae monetae accusati et profugi donaremus prout iam ex nunc donamus titulo donationis perpetuae Dan. eidem plenam facultatem eadem bona quatenus Fisco nro obnoxia sint tam Gedani quam alias ubicunque locorum existen. repeten. tollen. et in usus suos converten. nihil iuris nobis Fiscoq[ue] nro in eis reservan. sed illud totum in memoratum Stephanum Drazgoskij transferden. in forma donationis perpetuae plenissima.

Innotescentia commissar.

Martinus Dobroszowskij Burgrabius Arcis Crac. Paulus Koszuckij et Paulus Scerbicz S. R. M. Secretarij ad negotium infrascriptum per Sac. R. Mtem deputati Commissarij Nobis omnibus et singulis Cmetonibus hortulanis et incolis villae nrae Nowawies in Suburbio Civitatis nrae Crac. sitae villae nrae Lobsow contiguae alijsq[ue] omnibus quorumcunq[ue] fundorum domor. agror. et hortorum in eadem villa possessoribus quorum nomina et cognomina hic habere volumus pro expressis. Innotescimus exhibitas nobis esse literas Commissionis Sac. Rie Mtis quibus sua Mtas negotium totiem redemption. villae praefatae de manibus vestris nobis clementer demandare dignata est Mandans nobis quatenus vobis ad causeatis in villam praedictam Nowawies descenderemus et singulorum fundos aedificia et possessiones taxationi iuridicae subijceremus summam inde ltime provenien. vobis adiudicata et numerata possessionem eorundem hortor. et fundorum S. R. M. attribueremus Quapropter Vigore S. M. Chli